BENEVOLO LECTORI

S. P. D.

CAROLVS HENRICVS MOELLER D.

Octo ſunt anni, quod qualem qnalem opellam meam præfixo indice: *Specimen Commentationis ſuccinctæ de vſu practico diſtinctionum feudalium*, in dias luminis auras abire paſſus ſim. Animus tum erat, prout in calce præfationis tractationi illi præmiſſæ ſignificaui, telam hanc cœptam per vices pertexere, viamque ingreſſam, hauſto ſolummodo interdum ſpiritu, ad metam perducere. Nec ſiniſtra aliqua virorum harum rerum intelligentium iudicia expertus ſum, quæ me ab incepto deterrere facile potuerunt. Circumſtitere potius alia varia, quæ tamen lectorem extraneum ſcire non attinet, quominus laborem inceptum adhuc perſequi potuerim. Conſilium igitur cœpi, primas eius operis lineas, prout a me, vt ampliori ali-

quando

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/ppn360295932/17 gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft